HUMANÆ FRAGILITATIS EXEMPLUM ACTIO SACRA PRO FILIABUS...

Giuseppe Gazzaniga

ACTORES.

REX PHILISTÆORUM.

D. Thereſia Ålmerigo.

DALILA PHILISTÆA.

D. Bianca Sacchetti.

SAMSON HÆBREUS

D. Joanna Pavan.

ABNER HÆBREUS.

ACHIOR PHILISTÆUS.

D. Joanna Pavan.

CHORUS PHILISTÆORUM.

CHORUS HÆBREORUM.

Digitized by Google

PARS PRIOR.

xprimit Symphonia Philiſtæos a Samſone aſini maxilla proſtratos:

inde Rex, *& fugientium* Chorus.

Qui ſtrepitus?.. quid hoc?.. quales clamores!.
oſtium anne furores!..
n perditi ſunt hodie Philiſtæi!..
uonam Subditi mei?.·
os fugitivi?.. ſiſtite... narrate..
egem a tanto angore eja levate.

Chorus

Ah nos miſerrimi!..
Ah clades barbara!..
Quiſnam præcipitem
Salvabit me?

Rex Audite... Siſtite...
Quis necem intulit?..

a 1. Fuit gens innumera...
Non... non... fuit perfidus..
Sed melius fugere
Funeſta in re.

Rex Ille decipitur...
Tu ſiſte, & nuntia.

a 1. Nuntiabo dæmonem
Omnia vaſtantem,
Omnia quaſſantem;
Qui tenet fulmina
Socia cum ſe,

Rex Ad aulam pergere
Melius pro me.

Chorus.

Unde salvabimur!..
Quo nos abscondere!..
Strages teterrima
En super nos.

Samson, Abner, *inde* Dalila.

Sam. Siſtamus chare puer; tanto labori
Succedat læta quies. Omnipotenti
Gratias oportet reddere: fugavit,
Hoſtes et ipse acerrime quaſſavit.
Dal. (Samson ille tam fortis!)
Sam. Sed arent labia mea: ſitim expellat
Dulcisaqua... ubi fons?.. heu! qualis ardor!.
Mihi succurre, o deus, tantum ſitienti
Aquam præbe languenti.
Dal. (Unde querelæ suæ!)
Sam. Prodigium quale!
Undas donat maxilla! eja bibamus.
Dal. (De solo trepidamus
Homine tantum nos? Tu virtus mea
Torpes, neque moveris?
Cadat Samson, aut Dalila non eris.)
Sam. Ah! tandem respiravi: alto sopori
Claudam lumina mea... sed quæ decora
Mulier velut Aurora!..
Trepidas?.. veni: satis iræ datum:
Cedit furor in me: vide placatum.
Dal. Sum timida... incerta...
Non audeo venire...
Sam. Placatæ sunt iræ,
Et loquere ad me.

DAL. Si labor crudelis
Ad somnum te premit;
Eſt apta, ſi velis,
Mea domus pro te.
Ah veni vir fortis:
Et fructus donabo,
Et vino satiabo;
Sed cor majus donum,
Cor semper ſincerum
Si vis en pro te.
SAM. (Somnior!.. in inimica
Tantus amor?.. & vadam!..)
DAL. Cur incerte
Stas quoque o vir?
SAM. Ah parce: venio tecum,
Te sequitur cor meum, cor tibi gratum.
DAL. (Stulte! nescis pro te quale erit fatum.)

REX, ACHIOR, *inde* DALILA.

REX. Verum Achior enarras?
ACH. Ipse vidi
Cum Dalila Samsonem.
REX. Veniat Dalila ad me. Quanta lætitia
Inundat pectus meum! Perfidus hostis
Moratur apud nos!
DAL. Humilis ecce
Ancilla ad pedes tuos.
REX. O mulier, tota
Patriæ spes eſt in te. Fero a Samsone
Sita ubi ſit sua fortitudo extrema
Retrahe in hac die, ſi tibi patria eſt chara:
Tanta ſi gravis tibi eſt pœna amara.
DAL. Opus grande mi Rex...
REX. Quam grande eſt opus,
Erunt præmia majora.

Si pateſcat per te, mulier, secretum
Merces maxima tibi: Audi decretum.

Si patria reſpirabit,
Impio Samſone oppreſſo,
Audi qua præmia dabit,
Loquitur ipſa in me.
Aurum, divitiæ, honores
Quanti tu vis, donati:
Jucundi, & fortunati
Tranſibunt dies pro te,
Tu purpura veſtita
Stabis in sede aurata:

Gens circum infinita
Erit ſubmiſſa in se.
Et senes, & infantes,
Et juvenes feſtantes
Inter choréas ludendo,
In jubilo gaudendo
Clamabunt: muliercha
Solum mea vita a te.
Ah vade: ne moreris;
Vivo in ſecura spe.

Achior, et Dalila.

Ach. Audiſti? Dal. Audivi. Ach. Et ages?..
Dal. Quidnam agam?
Et ipsamet ſi cadam
In foveam hoſti perfido paratam,
Quisnam salvabit me? Ach. Vana, mi cred
Te deterret imago. Abi: te accinge
Ad opus dignum te: crines compone,
Et roſis orna: amores
Ludant in labiis tuis: ipsemet cerno
Superbi illaqueati
Per artes tuas vicinam
Memorabilem poſteris ruinam.
Fremat tryumphator mortis,
Et mordeat suas catenas:
Noſtræ beatæ sortis
Amica spes in me.
Oculi tui fulgentes,
Affectus una & voces
Ah nu ium ut potentes
Sunt arma certa in te.
Dal. Achior decrevi: Veni ut bellatores

Domum tacite meam.
Funes, & arma ſint hodie parata:
Hoſtem, cum dicam, feriat dextra armata.
ACH. Exequar tua mandata. Omnia ſperanda
Agere tu ſi vis mulier miranda.

DALILA.

Quidnam promiſi? quidnam dixi? o ſtulta,
O Dalila decepta! debellatum
Credis hoſtem a te? Si forte... (oh Cœli
Quæ fatalis imago!) ipſi pateſcant
Artes doloſæ tuæ... cerno, furentem
Sanguine tuo ſitientem...
Fremit... ardet... inſanit... te proſtratam
Conculcat laceratam... neque reſtat
A ſua vindicta horrenda,
Ni faciat pulvim te dextra tremenda.
Erro in loca tenebroſa
Sine duce, ſine ſtella,
Ah non erit (heu miſella)
Quis a pœna tollat me.
Sed quo rapior?.. non iſta facies mea?
Luces non iſtæ fulminantes? qualis
Erit audax mortalis,
Qui Dalilæ reſiſtet? mi donate
Opem blanditiæ vos: vobis unita
Eſt ſecura mea gloria,
Et coronabit me vera victoria.
Vado, vinco, non paveſco,
Cadet hoſtis debellatus:
Et ridebo dum iratus
Inclamabit contra me.

SAMSON, ET ABNER.

SAM. Sequere greſſus meos Abner fidelis.
ABN. Te ſequor, ſed crudelis

Digitized by Google

Timor agitat me.
SAM. Mecum tu tremis?
ABN. Summa tua fortitudo... sed potentes
Nimium fæmineæ voces... nimbos ridet
Quercus annoſa, at conquaſſata cadit
A cœlo fulminanti...
Claude inſidioſæ amanti
Aures tuas... pertimesco...
SAM. De quo paves? ABN. De fœmina pavesco.
Magis firma eſt maris unda...
SAM. Apud illam mora brevis.
ABN. Magis vento eſt ipsa levis. .
SAM. Somnia fuga, mecum ſta.
Pax amica tantum chara
Te suspiro, veni, vola:
a 2 Cor serena, me consola
Tu delitias mihi da.

REX. Momentum ecce: milites venite,
Domum ingredi oportet.
Taciti remanete,
Dalilam expectate, & non timete.

Dalilæ Domus.

SAMSON, *inde* DALILA.

SAM. Ubi Dalila mea? Cor inſtammatum
Ipsam tantum anhelat.
Forsan tapta eſt a me? quis tantum audet?
Quisnam!.. fallor heu me! mœſta appropinquat.
Unde doloris tui causa crudelis?
DAL. Tu causa pœnæ meæ; tu, tu infidelis.
SAM. Ipse!... quid dicis!. .DAL. Ah!.. SAM. Cara suspiras?
DAL. Fabula gentis ero? SAM. Precor, oro,
Explica verba tua morte pejora.
DAL. Mala avertam majora:
Samson... vale .

SAM. Quod fulmen!.. ſiſte:.:

DAL. Vane
Speras hoc... SAM. Tu me occidis: ni in te vivo
Juro, moriar: ah vide me trementem;
Scinde velamen cito. DAL. Audi dolentem.
Samson diligis me tenero amore?

SAM. Dalila mea te adoro: magis chara
Mihi sanguine es tu.

DAL. En ſigna extrema.
Nunc ſi vera respondes,
Tuis credam verbis: verum ſi tu celas
Fugiam a te præcipitem.

SAM. Expone.

DAL. Ubi tua fortitudo, o vir, eſt ſita?

SAM. Ah!... quid quæris!.. quid heu!.. pœna infinita.

DAL. Nec respondes? SAM. Non poſſum.

DAL. Ah tyranne!
Ah mendax! vade: satis
Tuum novi cor; fugiam ab impio, fugiam
Ab anima crudeli,
A proditore iniquo, ab infideli.

SAM. Audi: aut occido me. DAL. Non ſit: amice
Vitam reserva tuam meliori amanti,
Et dulcia verba in corde tuo conſtanti.

DAL. Dalila mea te adoro....
Sanguine magis cara....

SAM. Ah! ſiſtant verba amara,
Verba, quæ occidunt me.

DAL. Dixiſti.... SAM. Tace... imploro...

DAL. Moriar... SAM. Ah tace.... exoro...

DAL. Infidus non meretur
Veniam fideli a me,

SAM. Infelix heu meretur
Veniam, o cara, a te.

a 2. Oh quanti me inundant
Affectus tyranni!
Et lacrymæ exundant,
Et palpito, & tremo,
Nec ſpes eſt in me.
DAL. (Ars extrema ſecura
Reſtat mihi; utar ipſa.)
SAM. Ah! curnam taces?
DAL. Dolor heu perdit me... nubes horrenda
Diem rapit mihi... ingrate... gaude... gaude...
De mea ſorte tryumpha... en morior...
SAM. Vive...
Nil tibi occultum erit. DAL. Ah! crudelis...
SAM. Audi; ſi raſum fuerit caput meum
Mea fortitudo a me recedet. DAL. Cœli!
Reſpiro tandem: nunc Samſoni credo.
SAM. Sed non etiam dormivi,
Quieſcere opus eſt.
DAL. Dormi: mea genua
Tuum caput ſuſtinebunt. SAM. Sopor altus...
Occupat me... ſum felix... crede... crede...
DAL. Dormit jam: non morabor:
En crines rado: milites venite,
Funes eja parate,
Et hoſtem finem mora illaqueate.
CHORUS. Vado... incerte... tremebundus...
Eum videndo... cor paveſcit...
SAM. Scelerati!..
CHORUS. Quæ ruina!
DAL. Viles eſtis: denuo quieſcit.
CHORUS. Dum accedo... tremit pes.
DAL. Eja ad opus.
SAM. Turba rea!...
CHORUS. Ah! quis tremor...

DAL. Somniatur.
CHORUS. Vane a nobis nunc jocatur,
Habeat finem dubia res.
DAL. Samſon, Samſon, ſurge, ſurge,
En Philiſtim ſuper te.
SAM. Hoſtem impium trucidatum....
Languor-qualis... heu !... me invadit...
CHORUS. Eja occide....
SAM. Triſte fatum!
CHORUS. Eja fuge...
SAM. Fulmen cadit!
Reſto miser ſine ſpe.
CHORUS. Reſtat miser ſine ſpe.
SAM. Tu iniqua fœmina
Tu cauſa mali
Ah fuge barbara
Recede a me.
DAL. Cur debeo fugere
Samſon a te?
SAM. Credidi fœminæ!
Qualis inſania!
Furor me lacerat
In impia re.
CHORUS. O invicta fœmina!
O ſors beata!
Cor vere jubilat
Gaudendo in ſe.

Explicit Pars Prior.

Digitized by Google

PARS ALTERA

ACHIOR, ET ABNER.

ABN. Et quonam ducis me? ACH. Non es amicus
Samsonis tu? ABN. Ah! non fuiſſem. ACH. Turba
Eum expectat in Templo: tu obcæcati,
Veni, tu ductor eris. ABN. Ah crudeles
Cur in miserum tantum insanire?
ACH. Nunc locus datur iræ,
Et juſtiſſime datur. ABN. Miseranda
Feritas & damnanda!
Miser amice mi! lacrymæ vanæ
Sint teſtimonia veri affectus mei.
Tu jocus hoſtis rei
Dum prius fuiſti terror quam lethalis!
Causa fœmina rea! causa fatalis.
Desolata in tanta pœna
Vivit anima tremendo:
Ah suspiro te videndo
Care amice in tanta re.
Vos affectus heu ceſſate
Nimis eſtis mihi amari!
Amicitiæ o nodi chari
quam tyranni nunc pro me!
REX. Populi Samson ecce: ipsum ad Templum
Sequimini clamantes.
Odio dignus meretur,
Ut nemo ploret de sua sorte adversa,
Sed in furorem ſit pietas eversa.
Freme inhumane & dole
De sorte tua crudeli:
Sit longe ab infideli
Vera lætitia, & pax.

CHORUS HÆBREORUM.

a 1. Samson! aut fallor ipse! a 1. Ah meæ pupillæ

Modo quidnam vidiſtis! *a* 1. Oh tremendum
Spectaculum horrendum!
a 1. Humanitatis quantum
Sæva conditio, & dura!
Quænam ſtat ſuper te, quænam jactura!
CHORUS. Homo ſuperbe accede,
Diſce quæ ſit tua ſors.
a 1. Domitor impiæ mortis...
a 1. Vaſtator ille & hoſtis...
a 2. Victus a vili eſt fœmina,
Nec reſtat ei ni mors.
CHORUS. Homo ſuperbe &c.
a 1. Inclina elatam frontem.
a 1. Umbra de tua paveſce.
a 2. Præcipitare montem
Tu vides ante te.
CHORUS. Homo ſuperbe &c.

DAGONIS TEMPLUM.

REX, SAMSON, ABNER, DALILA, ET CHORUS.
REX. Venite gentes meæ. Numini excelſo,
Summo Dagoni ſacra eſt dies: gaudete,
De rebelli ridete,
Plaudite ſorti nobis fortunatæ,
Et hodiæ ſigna almæ lætitiæ date.
CHORUS. Reſonet undique
Echo feſtiva:
Plaudat in Jubilo
Gens rediviva:
Orta eſt amabilis
Secura pax.
SAM. Abner. ABN. Amice. SAM. Quæſo
A te infelix ducatur
Cito ad columnas, unde Templi moles
Tota quaſi eſt firmata. ABN. Veni.

SAM. (Suſtine me dextra adoratâ).
ABN. Ecce columnæ.
SAM. Fuge Abner amice
Fuge a Templo.
ABN. Cumnam?
SAM. Fuge à ruina.
ABN. Parebo.
SAM. Vade: eſt ipsâ jam vicina.
Dalila!
DAL. Quænam vox!...
SAM. Dalila... accede:
Ultra non noscis me?
DAL. Quis es?
SAM. Sum ille
Traditus, impia, a te.
DAL. Quid ais? tua verbà
Non intelligo.
SAM. Es mulier: tantum satis.
Ah cur non laceratis
Furiæ inhumanum cor?
DAL. Delirat. SAM. Cœli
Ubi fulmina veſtra?
DAL. (Quaſi motum
A pietate cor eſt... à templo exibo...
Quod præsagium!.. nunc vado... inde redibo)
SAM. Abrahami Deus in te nimium peccavi,
Nec sum pietate dignus... sed delicta
Superat tua clementia... en cor attritum
Supplex ad te... lacrymas vide... senti
Mæſta suspiria e corde meo dolenti.
Cadat perfidus hoſtis... manus mea
Sit iræ tuæ miniſtra... reviresçat
Vis tremenda ...ah! mi Deus...ah! qualis ardor...
Quale robur in me!... credam? ah credo:

Ultra non eſt irata,
Sed tua dextera ad me redit placata.
Vota mea vota dolentis
Audi, o Deus, solare me.
Si pietatis vocem sentis
Manum da ſperanti in te.
Cadat impia gens insana,
Et rea Numina cum se.
Ah mea vota ne ſint vana,
Vivo in dulci chara spe.

REX. Quid delitas o miser!... audi: rident
Ubique te illudentes
Epulas inter meæ feſtivæ gentes.

SAM. Ultra non reſtet tua vindicta, o Deus...
Jam crescit furor meus....
Tremunt columnæ excuſſæ... o Philiſtæa
Sub ruinis inulta
Reſta perfida gens mecum sepulta.
(*Præcipitat Templum.*)

ABNER, INDE DALILA.

DAL. Heu qualis terræmotus... quæ ruina!...
Præcipitant columnæ... obscurant solem
Pulveris nimbi ad sydera elevati...
Genitores, & nati
Una perditi sunt... barbari horrores...
Diræ mortis terrores
Ibi confuſi!... o Patria!... o Cives mei!...
O felices Judæi!...
Ah quis dilaniat
Monſtrum horribile!...
Quis ferit Dalilam!...
Violenti tremitu...
Cor in me deficit...
Heu... cado... misera...

Abn: Surge infelix: ſunt vani, & tardi fletus.
Dal. Et lucem denuo cerno?...
Auras denuo reſpiro!... umbræ adoratæ
Parcite quæſo.. ſequar vos.. unita
Veſtræ barbaræ ſorti erit mea vita.
Vos amplector, vos adoro,
Suſpirantes umbræ amatæ;
Innocenti veniam date
Ni me perdam ſine ſpe.
Vos amplector... ſed reſpondent
Solum auræ deliranti...
Stellæ quæſo deprecanti
Sint ſerenæ, ſint placatæ:
Nimis heu nimis iratæ
Satis barbaræ pro me.

F I N I S.

1 94061